



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Redit in patriam. 99

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

(Montem Martyrum dicunt) illic in secessu animis confessione atque Eucharistia lustratis, incipiunt voti sacramento paupertatem æternam singuli nuncupare: seseque defendendis animorum periculis impendere: tum in Palestinam, quã prima posset expeditione, ducere: aut si amplius annum vel trajicere, vel ibi degerere prohiberentur, in Pontificis Romani arbitrium denique ac potestatem, pro nauanda Ecclesiæ opera, transire. Voto rite signato, conuenit, IGNATIVM in Hispanias proficisci: & quædam ibi sociorum momenta, resque alias, in Dei cultum cessuras, accurare: confecto post negotio Venetias repetere, & id locorum socios, quorum studia propediem finiissent, præstolari.

99 Cum huiuscemodi mandatis discedit IGNATIVS, & breui post

pòst in patriam ingreditur: sed ad
 fratrè, domus illustris principem,
 noluit neque diuertere, neque ab
 eo rerum necessariorum quicquã
 petere. Xenodochio receptus,
 perseverauit more suo stipẽ pro-
 palã rogare. 100 Hic pueris Chri-
 stianæ rei rudimenta tradere: per-
 que hebdomadem ter instituit
 pro concione cum populo agere.
 At ille omnibus vijs accurrere, &
 frequens adesse: adeo vt in cam-
 porum aperta fuerint educendi,
 quòd templorum angustiis arce-
 rentur. Vbi non pauci fuere, qui
 inscens arboribus, opportunum
 eius audiendi locum captarent.

101 Quæ verò res miraculi speciẽ
 non obscuram habuit: cum febrim
 conflictabatur IGNATIVS, & ce-
 tera mirè debilis, languebat: con-
 cionantis tamen oratio ultra pas-
 sus trecentos syllabatim ac clarè
 accipiebatur. Valuerunt illiusmo-

E

di o-